



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

9. Pulchrum ab eloquentia nomen, qui sint sortiti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

quod tanta pecunia diceret sibi opus non esse, legatis reuersis dicit Alexander: *Quid? nullusne habet amicos, quibus benefaciat?* ostendens diuitibus optimum usum pecuniarum, si quidem ijs bene erogandis, quam male defodiendis vti malint.

## IX.

Plutarch, in Themistocle,  
Gyrald. lib. 7.  
hist. Poët.

Vide Plin.  
lib. 11. c. 36.

Psal. 138. 17.

Sallust, in  
Iugurt.

Aristot. lib. 8.  
Ethic. Cic.  
lib. de Amici-  
cita.

De oratoribus, & Poëtis magnificè honoratis, præcedente capite etiam multa dixi. Hic tantum adijcio, Dionem historicum, ob insignem facundiam, *Chryseostomum* fuisse appellatum: quod nomen etiam Ioanni episcopo Constantinopolitano, inter Ecclesiæ Patres, eloquentissimo est attributum. Cuius aureo ab ore, aureum orationis flumen manabat; & quoties è cathedra loquebatur, rosas loqui videbatur. Sine numero sunt talia. Ut enī Pericles, propter summam eloquentiam, qua fulgurare & tonitrua ciere videbatur, *Olympi* cognomen meruit; vt Sophocles, propter sermonis dulcedinem, *μέλιτη*, seu apis nominabatur; ita & alij ab eloquentia nosmē honorificum acceperunt. Nam, vt Plutarchus scribit, *Æmyliorum* genus à dulci facundia leproque est nominatum: *αιματία* enim lepiditas dicitur. Vnde etiam *Lepidi* cognomen assumpsere; à quo procul absunt, qui ore & sale carent, & rore pascuntur, more cicadarum.

## X.

8. Amicos honore dignos quisque censem, qui ipse vult exspectatque ab amicis honorari. Eos colendos esse, docet Deus, qui ipse amicos suos honorat. *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Docet ratio; vt enim nauis diligenter compingitur, qua sit in tempestatibus praesidio futura; ira amicus fouendus est, qui & ipse in aduersis debet fouere. *Non exercitus, neque thesanri, praesidia regni sunt: verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide parantur.* Id ipsum docet proverbiū, *Amici magis necessarii, quam ignis & aqua.* Colendus est igitur, ne perdatur. Quia amico amici sumus, & non sunt amici, qui degunt procul; & vultus saepe laeditur pietas. De amicis honorandis multa Aristoteles, multa Cicero, multa alij. In diuinis mirifica Ionathæ erga Dauidem, & Dauidis erga Ionatham, amicitia describitur, qualis non sicut inter Theseum & Pirithoum, inter Damonem & Pythiam, aut qui alij ab antiquis celebrantur. Sed abrumpo, quia complura extant volumina de hoc arguento; quod vel solum uno volume non potuit comprehendendi.

CAPVT